TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0425**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

425

Jacobi Caimi

Dissertazioni di varia erudizione.

Index omnium

1. De funere Romanorum.
2. De more siccandi corpora apud Ægyptios.
3. De Oraculis.
4. De varijs gentium qualitatibus.
5. De aliquo praecipuo luxu Romanorum.
6. De purgationibus.
7. De sacrificijs.

De funere Romanorum.

Mortuorum corpora à Romanis statim ac vitali
calore derelicta frigore corripiebantur ante omnia
calida aqua lavabantur, deinde excursum aliquot
servabantur octo dies, quia intra illud tempus vi-
vum adhuc esse suspicabantur ex eo quia aliquan-
do in rogo homines vivi flammis absumpti fuerint.
post hos octo dies polingebantur, idest fasciis liga-
bantur, adeo ut verum esset et in principio et in
fine vitae homines fasciis coarctari. Hi autem homi-
nes, qui cadavera polingebant vocabantur polincto-
res: unde notandum est illos, qui vivos homines
ligabant, dictos fuisse lictores, qui autem mor-
tuos pollinctores. Modo quaeritur cur hi, qui sic
cadavera fasciis colligabant dicti fuerint pollin-
ctores: quia in re Servius opinatur dictos fuisse
a flore farinae, idest polline, quam opinionem
sequitur Aliates, sed diverso modo: nam Servius
ideo dicebat vocatos fuisse à polline flore farinae
quia squalida mortuorum facies ipso pinge-
retur: Aliates vero, quia ex polline fiebant panes
qui adhibebantur in lanis mortualibus offerendis,
de quibus infra. Modo Turnebus vult dictos fuis-
se polinctores, quasi pellium renitores, Janeides,
quasi pollutorum unctores ex eo, quod ut diximus
mortuorum facies ungebantur. Quidquid sit
de hoc scire debemus, quod postquam cadaver
ligatum fuerat vittis sive fasciis collocabatur
in lecto, in quo custodiebatur diligentissime
ne auferretur ab aliquo: ponebatur autem
cadaver in lecto recumbens pedibus in limine
januae, eo quia non amplius ille rediturus
erat, quae collocatio Graece dicitur Prothesis. Ro-
mani posthaec in eius os immittebant trien-
tem, (Graeci vero obulum) ut persolvere possent
naulum Charonti. Sequebatur comploratio
domesticorum; et etiam ad hoc mulieres mer-
cede conducebantur, quae dicebantur lamenta-
trices, et praeficae, quia praeficiebantur domesticis

lugentibus

quæ etiam Præficæ, et lamentatrices dicebantur ad celum laudes efferebant, licet eis ignotus esset: cantionesque proferebant, quæ vocantur neniæ, qui mos novissime erat in usu apud Mediolanenses; erant enim ibi homines, qui vocabantur Caragnoli mercede conducti ad lugendos mortuos, quæ vox Caragnoli venit a verbo caragnare, quod significat intemperanter flere. Missos, ut redeamus ad antiquum morem Romanorum ibi mulieres quæ mortuum deflebant stabant sedentes, et lacerabant genas, et capillos evellebant, et pectus percutiebant qui planctus, ululatus, et genarum capillorumque sepulchro a lege duodecim tabularum prohibita fuit. Denique post hæc omnia cadaver lecto supra eo impositum super rogum collocatum cremabatur: erat autem rogus lignorum acervus, et cengentes ingens, quæ accendebatur ad hunc effectum. Qua extincto mortui cineres colligebantur et reponebantur in urnam, de qua paulo inferius erit agendum. Verum jam insurgit summo quidem, et gravis dubitatio et est huiusmodi. Si rogus accendebatur, et simul corpus absumebatur, quomodo postea colligi poterant cineres cadaveris distincti ab illis rogi. Et quidem circa hoc variæ sunt opiniones. Inter quas (ut aliquas recenseamus) prima est eorum, qui existimabant cineres mortuorum diversos fuisse ab illis rogi, et sic facile collectos fuisse. Secunda est non multum curasse consanguineos colligere omnes cineres, sed aliquantulum. Tertia et quidem non respuenda, cognitos fuisse cineres a situ, et loco, in quo positum erat cadaver, propterquam quod colligebantur præcipue ossium fragmenta, et cineres ibi propinqui. Quarta quinimo omnium optima est corpus mortui involutum fuisse linteo asbestino, quod linum nunquam cremabatur, et sic cineres cremati corporis in eo reperti fuisse, quod quidem erat summi pretii, ita ut unionum æquaret ingentem æstimationem quæ

obtae

Insurgit iam et alter dubitatio, cur nempe si apud Hebreos corpora mortuorum odoribus perungeban tur Lazarus post quatriduum feteret? Circa hoc aliqui credunt Lazarum a sororibus vel oblivio ne, vel quacunque alia a sororibus non esse perun ctum: que opinio refelenda certe est: non enim verisimile videtur a sororibus hoc ulla de cau sa esse pretermissum officium apud Hebreos, ut diximus, vulgare, et usitatum: Unde dicendum patet Hebreos non consueuisse defunctorum cadavera unguentis nisi extrinsecus ungere: quod parum putredini afferebat impedimentum postea super unguentum odoribus esse farcita, peculiarum ut contingit in funere Crucifixi nostri Domini Christi, qui pariter unguentis delibutus, et et linteo involutus fuit.- a quo Hebreorum ritu longe distat ille Aegyptiorum qui cadavera intrinsecus aromatibus referebant, ut nunc videbimus.

De more siccandi corpora apud Ægyptios.

Ægyptios siccare corpora saepissimum traditionibus et ueteri experientia apud omnes compertum est, causam uero, propter quam hoc factum sit, et modum, quo sint exsiccata non omnes sciunt: ideo nunc nostrum sit explicare.

Putant aliqui Ægyptios sic consueuisse cadaueribus infundere aromata, et exsiccare, quia cum propter uim Nili tellurem in imum penetrantis ea sepulturae mandare nequirent, in altiori domus partem collocare cogebantur, et ne foeterent, hoc adhibebatur medicamentum. Quae quidem opinio omnimode uera non est, nam poterant fieri, ut de facto fiebant, marmorea sepulchra et subterranea opera ualidissimo, et durissimo lapide, quibus inoffensa corpora redderentur.

Melior igitur est opinio hoc Ægyptiis in usum fuisse, quia talem habebant stultissimam fidem ut anima eius mortui trium millium annorum spatio per alia corpora, etiam brutorum, uagaretur, et postea ad suum pristinum corpus remearet, quapropter ut intactum, et integrum reperiret, tali ratione seruabant.

Triplex itaque, ut modum breuiter percurramus, conditura fiebat apud eos iuxta personarum statum, conditionem, et ordinem prima conditura fuit nobilium, et diuitum, secunda eorum, qui in medio fortunae positi erant, tertia eorum qui pauperes, et infimi fuerant. Erant igitur homines ad hoc officium, et ministerium destinati ad quos consanguinei, et amici defuncti corpus deferebant. Postquam erat allatum corpus homines ad hoc manus accommodati ostendebant tria signa diuersa secundum conditionem hominum, ut dictum est; et quaerebant cuiusnam generis uel[?] bene fieri corpus sui defuncti; qua re conuenta, et pacto pretio retinebant corpus, et consanguinei abibant: si ergo conditura debebat esse hominum diuitum, et nobilium; haec ipsi faciebant.

quod hoc tantum eveniret in funere Principum
virorum, et non esset promiscuus usus, nam certe
negamus non fuisse promiscuum usum quando
quidem clare patet quamplurimas domos ex
hoc lino mappas habuisse, quae cum sordidae erant
in ignem mittebantur, et maculis purgabantur:
modo si mappae confectae sunt quamplurimae: quare
non poterat etiam adhiberi in funere mortuorum,
praeterquam quod unum involucrum invicem
commodari poterat, et quamplurimis funeribus
inservire. Si quaeratur autem causa cur corpora
mortuorum cremata sint, sciendum est ideo hoc
factum esse, quia hostes aliquando victores
urbes depopulantes eruebant cadavera, et
Romani credebant manes inquietari; quam ob
rem ne hostes eos inquietarent, corpora incen=
debant. Urna in qua cineres ponebantur, erat
fictilis, aliquando chrystallina et ex alia materia
habebat collum oblongum, fistulatim gracile
desinens in parvum foramen, ita ut pugnus
immitti non posset, habebat corpus magnum,
et rotundum, et quidem in terram fodiebatur.
Denique circa rogum primo notandum est proxi-
miorem consanguineum ignem immisisse
rogo, idest vel patrem, vel matrem, vel coniugem,
vel fratrem vel sororem, et alios. 2° cineres
antequam in urnam reponerentur lotos fuisse
vino, et in sinu matris vel patris certo tempore
conservatos. Tertio infantes nunquam crema-
tos fuisse, eo quia dentes non habebant, qui igne
intacti omnes remanebant, et miscebantur
cineribus. Quarto non omnes familias Romae
cadavera cremasse. Demum neque Hebraeos,
neque Aegyptios, neque Christianos corpora
igni sacrificasse, nec Nigros; et praecipue Aegyptios,
quia credebant ignem esse belluam, et ideo nole=
bant obiicere humanos artus devorandos.

Porro

plati pariter, quia igneum Deum credebant corporeis pati non opinabantur. Verum de Aegyptiorum more infra aliquid dicturi jam sumus. Ut igitur vetustissimum Romanorum morem persequamur subjiciendum est post funus, et rogum instructam fuisse coenam feralem quae silicernium dicebatur, quia non comedebatur nec tangebatur, sed silentio cernebatur: fuerunt enim Quirites in ea opinione, ut animae mortuorum ab Inferis excitatae iis epulis vescerentur, et summopere delectarentur: unde inferiae et feralia dictae fuerunt a ferendo, vel inferendo dapes. Funus autem dictum fuit a funibus, quia nempe illi qui non cremabantur efferebantur ad sepulturam facibus, quae faces erant funes cera, vel sebo obliti, et dicebantur etiam funalia; cujus rei occasione non abs re erit subjicere etiam mortuos solitos fuisse ad sepulchrum ad comitium, elongaremque latam. In supradictis autem coenis apponebantur ova, lens, sal, et faba, cum mortuos in esse credebant, et quod maxime ipsae umbrae appetere existimabant niger sanguis hostiae mactatae atque jugulatae: omnesque hi cibi cum mortuo cremabantur: attamen aliquando rapiebantur clam a famelicis, qui dicebantur bustirapi. Quem morem in primitiva Ecclesia retinuerunt Christiani, nam sepulchris non vinum, ut Romani, sed saltem cibaria injiciebant, et quidem in feneribus Martyrum, quae postea superstitio a D.o Ambrosio sublata fuit. Verum antequam corpora cremarentur, vel sepelirentur a Romanis Hebraeis, Aegyptiis, Graecis, et Christianis unguentis delinebantur: itaque unguenta non erant cujusmodi sunt illa, quibus utimur ad vulnera, et morbos, sed unguenta odora, et fragrantia, nempe aromata, idest unguentum hyacinthinum, amomum, cinnamomum, thus, casia, myrrha et similia.

Thesergit

Primo adunco ferro paulatim educebant cerebrum
deinde lapide Æthiopico acutissimo ilia secabant
et intestina omnia eruebant, postea caput, et
alvum myrrha, casia, alijsque aromatibus im
plebant, postea per septuaginta dies sale condiebant
demum fascijs undequaque cooperiebant interdum
brachijs et pedibus auro illitis, et reponebant in
statuam ligneam concavam in duas partes
connectam ad mortui similitudinem factam, po
stremo consanguineis tradebant vel in superiori
ædium parte collocandam, vel in marmorea
sepulchra abscondendum.
Si conditura erat hominum mediocrium hæc
ab eis adhibebantur. Accipiebant unguen, seu bi-
tumen quoddam, quod veniebat ex Cedro, illudque
per secessum, seu clisterem ingerebant in alvum,
et post certum tempus intestina, seu viscera
unguine labefacta, per eundem locum consum
pta etiam carne, ita ut nihil præter ossa, et cutis
remaneret: postea saliebant, ut nobiliores per
septuaginta dies; denique a convenientis domum
deferebantur.
Si vero conditura erat pauperum, omnibus alijs
omissis eos exenterabant, et per viginti dies ar-
dentissimo ibi soli exponebant, postea suis trade
bant. Et hæc quidem quam dilucide dicta sint
de more siccandi corpora apud Ægyptios; nisi veli
mus subijcere ista cadavera, quæ apud eos vocantur
Sabari, apud nos mumiæ, originorata type fuere in
egestatibus et debilitas fuisse ad mentam.

De Oraculis.

[illegible] de oraculis [illegible] necessarius [illegible] responsa [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] eiusque responso, ac divinatione.

[illegible] qui [illegible] ex [illegible] ex [illegible], qui [illegible] [illegible] [illegible] affirmari [illegible] est, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Daemone [illegible], [illegible] [illegible] exitum [illegible] [illegible] tanquam [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] multi [illegible] [illegible] [illegible] sacerdotes [illegible] quos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a qua divinationem [illegible]
superstitiosas
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[Oc]tavus

Hoc quidem magnum videbatur esse miraculum quomodo foemina per tot annos responsa daret omnibus gentibus ab initio quidem carminibus elegantissimis, deinde paulo deterioribus deficiente identidem metro, tecta iis suas propter ambages, demum prosa oratione usa est, et semper Graeco sermone, donec penitus iam corrupta optata et quaesita a Consultoribus enunciavit oracula.

Quaesiverunt aliquando quidam ab ea quomodo agendum ipsis esset, ne scelerate viverent vel bene: Illa respondit, si impie agerent: hinc illi statim exclamantes ipsius Antistitae corpus crebris verberibus, ictibusque percusserunt: quapropter illi accusati fuerunt apud alios sacerdotes, et defensi per hoc Dilemma absoluti fuerunt. Vel Antistita dixit verum vel falsum: si falsum, merito est punienda: si verum, illi obtemperarunt, et nihil per consequens mali, et criminis patraverunt.

Verum omissis alijs responsis ab ea prolatis veniamus ad consideranda in Delphico templo praecipua, nempe tripus, et antrum. Antrum ita repertum fuit. In eo loco ubi erat templum Delphicum, antequam conderetur erat pascuum. Eo tempore pastor cum caprarum grege pervenit, et cum accideret, ut caprae pascerentur, una ex iis descendit in antrum, subitoque furore perculsa, et oestro correpta lymphatica exijt: pastor admiratione motus simul, et curiositate in antrum et ipse penetravit, qui pariter furens exijt: unde cum hoc saepius animadvertisset, credens ibi Deum esse templum construxit, in quo postea semper apertum fuit illud antrum, ex quo Daemon exiliens conversa templi limine imbuebat Pythiam sedentem in tripode. Circa tripus hae dicunt scriptores fuisse vas aureum cum tribus pedibus

repertum

repertum in aqua ab aliquo, qui emerat iactum retis: unde cum orta esset controversia inter eos, qui vendiderat iactum retis, et illum, qui emerat, delatum fuit, ut litium finis esset, ad Apollinem, qui iussit ut haberet primo Graeciae sapienti, qui sapientes septem numero invicem recusarunt, et sic iterum ad Apollinem latum est, quo postea usa fuit ipsa Pythia: operiebatur autem aliquando vas illud, et operculum dicebatur cortina.

De variis gentium qualitatibus.

Locorum situm et positionem, gentiumque a primo ineunte aetate educationem multum esse in causa ut ipsae inter se differant iam satis manifestum: ita ut vel unum ex his duobus, vel utrumque discrimen contribuant ut diximus, inter gentes.

Quod enim aliquando praevaleat populorum educatio, immo saepe, quia sit certis, quae licebant coeli regioni subiecta tamen longe diversos inter se homines reddere, namque aliter Lacedaemonii seu Spartani, aliter vero Athenienses infantes nutriebant et educabant. Etiamsi quia apertissime experientia constat, relinquamus et aliqua dicamus de locorum situ, et positione; unum tamen subjicere necesse est, nempe summopere cavendum esse ne regiminis forma, seu moderaminis sit a populi moribus longe diversa, et discrepet, et ut leges, ac iura subditorum ingeniis aliquantum accommodentur

Non parum pollet aliquando inter populos locorum etiam situs atque positio, unde in Beotia, quia crassissimus erat aer, populi erant ineptissimi, et ignavissimi. unde fluxit illud proverbium Beotia sus; et enim, quod auget admirationem qui erant sub eodem coeli tractu et regione, sub ipso climate, et aliquando sub parallelo partim erant ingenio magis praediti, alij partim minus ingeniosi, illique popularem appetebant libertatem, et se ad imperandum natos credebant: quibus enim magis acumen ingenij obtigit, maturitas non inest, quia ardore perciti res aut considerare nolunt, aut nequeunt. econtra vero, ut ait Thucydides crassi et lenti sunt magis ad imperandum apti. Certa haec autem manifestissime, quod aliquando qui erant sub eodem climate, immo in ipsa urbe erant inter se natura dispares, notatur inquam exemplo Athenarum in quibus tres erant [illegible] hominum, et [illegible] factiones.

[illegible] in [illegible] reg-
[illegible] sexaginta [illegible] diffi[illegible]
[illegible], ut erat urbs Romae, quae habebat intra muros
septem montes, eideo erat semper civibus ar-
mis opp[illegible].
[illegible], vel aliquot populorum qualitates enu-
meramus [illegible] sub Aquilone [illegible]
[illegible] forma, [illegible], corpore [illegible]
[illegible] audaciores [illegible], nam validiores
[illegible] superare eos qui sub Aquilone sunt [illegible]
[illegible] [illegible], et [illegible]
[illegible] magis [illegible] honore [illegible], et [illegible]
[illegible]
Asiatici non sunt [illegible] et effeminati
[illegible] [illegible].
Europaei [illegible] magis [illegible], et [illegible]
nam in Europa sunt maxime mutationes [illegible]
[illegible] animus, et [illegible].
[illegible] quia [illegible] sunt [illegible]
[illegible] est, quia [illegible]
quicquid in [illegible] acquirunt, [illegible] suis dominis
nam maior pars eorum sunt servi. Europaei
[illegible] sunt, et [illegible]
[illegible] in [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] quadringentos annos [illegible] sunt
cum [illegible], nec unquam eos subegerunt, [illegible]
[illegible] nisi uxores omnes [illegible] mulieres,
ex quibus civium propagatio pendebant, occide-
rent, urbes [illegible] et [illegible],
aut in suum corpus [illegible] = spatio [illegible]
[illegible] annorum [illegible]
[illegible] et vastissimam [illegible]
[illegible] nam [illegible] illi erant [illegible], et pro
se [illegible]. Angli [illegible]
[illegible] castra [illegible]
Germani sunt [illegible] simplices, maxime [illegible]
[illegible], adeo ut suas [illegible] in [illegible]

neis

neis cum masculis ad abluendum corpus versari
sinant, ubi cum eis quae ludunt chartis, seu
aleis argenteis super mensam natantem.
Germani pariter non sunt proni ad libidinem
ad differentiam Australium qui sunt libidi-
nosissimi, et hoc refertur ad atrum bitem alta
dentem quae emittit spumas incitantem in
libidinem. Verum si Germani non sunt pro-
ni in libidinem quia tanta est eorum copia
et multitudo ita ut non solum proprias im-
pleant Civitates, sed in alias eorum plurimi
peragrent, et vagentur? Respondetur imme qui
sunt minus proni in libidinem magis ad
generationem aptiores esse.

Florentini fuerunt libertatis avidiores, quam
capaciores: inter hos multi excelluerunt viri
praestantissimi inter Poetas summus Pe-
trarcha, Joannes Boccacius inter oratores,
Joannes Casas, et Guicciardinus inter Histo-
ricos; inter viros eruditione varia praeditos
Angelus Politianus, et Lelues Victor in pi-
cturam et sculptura Galileus, et Michael Ange-
lus Bonarota, omnes in suo genere maximi
Cetera breviter de variis gentium qualitatibus

De aliquo praecipuo luxu Romanorum.

Verum planè non est quod tantò antiquiores Romani versarentur in luxu, quippe qui tantas, et ut ita dicam, supervacaneas divitias possidebant: quod ex eo colligere licet quod Crassus omnium ditissimus vetuit ne aliquis dives vocaretur nisi quadraginta aut quinquaginta millia legionum habe-ret: cum ipse possideret sestertium decies centenos agros (incredibile dictu) duos milliones, ad valorem fabularum et similia quingentos. Hec, item, repeto, mirum est, cum ille moriens reliquerit singulis ex populo, qui quidem erat longe maximus, nummum aureum: Pallas pariter quidam [illegible] decem milliones possidere, Seneca septem milliones, quidam libertus quinquaginta millia pecorum, triginta millia, et sexcenta iuga boum, et quatuor millia servorum, cuius uxor duo aut tria patrimonia auribus suspensa tenebant, et pro ornatu corporis unum millionem: ingentes profecto opes, et summe divitie, que luxum sine dubio genuerunt.

Praecipuus igitur fuit eorum luxus in mensis citrinis pretiosissimis, et summe aestimationis: verum notandum est istas factas fuisse ex citro non ex cedro quamvis oppidò erat differentia, cum alia baccas, alia poma gestaret, alia [illegible], alia malo similis esset. Earum quatuor erant genera, nempe mensae citrinae tigrinae, pantherinae, pavoninae, apiatae. Tigrinae erant illae quae habebant venas et fascias, pantherinae quae decorabantur orbibus, et vorticibus, pavoninae quae imitabantur pavonum maculas, apiatae quae insurgebant ubique panicis granis: quod si [illegible] erant maculatae variae [illegible] omnes simul, tam tigrinae quam pavoninae, quam pantherinae, quam apiatae. In tanto igitur si pulchrae, erant pretiosae et habebant sumptus; mensam Ciceronis valuisse duodecim millibus aureorum, mensam Asinii Galli viginti quinque millibus aureorum, mensam Cethegorum tanti valuisse, quanti latifundia emerentur,

et

aliam, de qua mentionem fecit Seneca in libro [illegible] cuius pretium superabat Senatorium censum, qui erat triginta millia aureorum. Non deerant itaque mensae cum lectis argenteis, et cum pedibus eburneis. Fiebant pariter ex hoc citro tabellae pugillares, quibus [illegible] cera ad scribendum.

Iam vero, quia de mensis sermo est notare et animadvertere lubet antiquitus apud nobiles plures fuisse mensas pretiosissimas, sed apud mediocres homines tres tantum: et dicebantur gestatorium, promulsidarium, et repositorium. Gestatorium erat mensa ad sumendum gustum, et, ut vulgo dicitur, Barbipastu. hae mensae non erant itaque ex vili ligno, postea cooperte [illegible] [illegible], cuius rei occasione subiciendum est duplicem fuisse testitudinem, nempe terrestrem, et marinam, terrestrem feminam, marinam masculum. Promulsidarium erat mensa pro mulso quod fiebat ex vino, et melle, et [illegible], antequam cetera comederentur. Repositorium erat mensa ubi reponebantur lances, patinae, scutula, et similia, et vocabatur mensa poculorum, et [illegible] [illegible] autem mensae erant [illegible] et [illegible] Hae de luxu mensarum, transeamus ad alia. Habebant Romani anulos aestivos, et hybernos habebant pariter vasa aestiva, et hyberna. Habebant pocula primo argentea deinde crescente luxu, aurea, postremum et gemmata et murrina, et chrystallina. Ista pocula gemmata erant pariter incisa floris, et imaginibus; unde erant magni pretij; et ponebantur custodes, qui observarent ne convivae gemmas auferrent ex ipsis poculis. Pocula chrystallina et etiam vitrea incidebantur ab Aegyptijs sed saepe in incisione frangebantur,

et

et generaliter calix incisus, et caelatus vocabatur diatretus. Omnium tamen pretiosissima erant vasa, et pocula murrina; namque unum poculum murrinum stetit duobus millibus aureis, et trulla murrina septem millibus aureorum. Quidam putant idem fuisse pocula et vasa murrina antiquitus, ac nunc hodie, ut vulgari appellantur sermone porcellane: sed hoc repugnat ex eo quia vasa murrina non erant diafana, ut sunt nostrae porcellanae quas vident. Conficiebantur autem vasa murrina secundum aliquos ex gemma, et lapide nobili: secundum alios ex figulino nobilissimo idest ex maiolica: alii demum existimant fuisse facta ex ovorum putamine testisque umbilicorum marinorum addita farina et aqua; quae omnia subigebant tanquam pastam et in terram defodiebant, a qua post centum annos extrahebantur: quapropter quia illi qui confecerant tamdiu pervenire non poterant relinquebant memoriam suis heredibus ut eo quo die anno extraherent et subigerent. De chrystallinis iam verba fecimus: modo addemus a Nerone vas chrystallinum emptum fuisse duobus millibus aureorum: et in quendam ob neptem vas chrystallinum murenis decurandum olim fuisse: quod valebat Antiquibus temporis cumulo omnia alia vasa Antiq.

De purgationibus.

Locuturi aliquid de purgationibus praemittendum est purgationem apud Romanos fuisse expiationem, à labe et sorde, quam contraxerant vel in animo, vel in corpore.
Haec igitur purgatio multis modis fiebat, nempe aqua, igne, aere, et sacrificijs.
Fiebat aqua; et huius ablutione non solum corpus, sed et animum expurgari credebant. qua in re maximè superstitiosi fuerunt Iudaei ita crebro manus abluebant, ut non solum ante, et post mensam, sed inter dapes, et fercula semper lavarent. Sic et Romani cum surgebant è lecto (ut nunc fit) manus lavabant sed non tantum ob sordes corporis detergendas, sed quia somnijs nocturnis polluti erant, et quia nox ad Venerem prona est.
Fiebat igne pariter admixto sulphure, quod per tedas, et faces circum corpus ferebatur, et carnem ustulabat; unde ex hoc circumferre ali=quando significat expiare. Fiebat etiam pur=gatio ignea per palilia, quae erat strues ignis accensi, super quem rustici transiliebant, et resiliebant.
Fiebat purgatio aere, cum appendebant funem trabibus et in eas paulumper sedentes in aere, ventilabantur, ut nunc mos est apud pueros, et vocatur Bindolare.
Fiebat etiam sacrificijs, hoc est mactando boves, sues, tauros, oves, et similia animalia.
Has autem purgationes adhibentes Romanos crediderunt aliqui mensem Februarij sic appellatum à purgationibus, eo quia februari sit pur=gari, vel quia fiebant sacrificia ad pur=gationem februa nomine. Alij tamen existimant purgatos fuisse Romanos die 24.
Iunij

qui erat dies natalitius [illegible]. Erant autem praeter ea, quae diximus duo alia purgationum genera, nempe Canonicum, et vulgare. Canonicum erat, cum plures socii elata manu fatebantur eius integritatem, fidem, seu diligentiam. Vulgare, cum descendebant in aquas vel gelidam, vel ebullientem, et gestabant ferrum ardens prae manibus; quod si illaesi ab eo abirent purgati credebantur, reus si laesi; et Canonicum vocabatur iudicium divinum, vulgare iudicium humanum, seu verius è contra. Erat pariter inter purgationum genera singulare certamen, seu, ut vulgariter dicitur duellum: ab eo fortitan dictum, quod fiat inter duos. Erat igitur duellum, cum duo armis se declarabant innocentes: hic mos defluxit a Longobardis, quando aliquod crimen occultum erat, ut revelaretur; et quidem initio certabatur fustibus, (et victus tenebatur poena a lege statuta) deinde vero certatum est ferro etiam in regionem festa et Dominicas, aliquando nullis immunitis, sed attendenda fortitudini causa, et hic mos hodie viget in Gallia.

De sacrificijs.

In sacrificijs animalia mactabantur, et necabantur. Non omne tamen animal erat aptum ad sacrificia, nam si habuisset linguam bifidam, aurem nigram, caudam acutam, reijciebatur, unde etiam apud Hebreos, qui primi invenerunt sacrificia, inde dicebantur animalia foeditate cicatricum, deformitate scabiei, aut alio quolibet malo morbove deturpata.

Itaque ante aram illa animalia cum parata ad sacrificium spargebantur mola salsa, quae erat quaedam mixtura ex farina, hordeo trito, et molito sale, deinde antequam hostia mactaretur eius corpus ferreo cultro aperiebatur à Sacerdotibus, qui vocabantur haruspices, aperiebatur inquam ad inspicienda viscera, et prospiciebant an esset gratum, vel ingratum cor, iecur, lien, epar. Viris extis, et fibris consideratis bonum, vel malum omen deducebatur, si malum aliquando omittebatur illud sacrificium, et alium fiebat; si bonum, illud conficiebant Sacerdotes, et hostiam totam, vel partim incendebant (si erat tota concremata dicebatur holocaustum); et quidem notandum est, quod quando dimidium, vel partem victime adurebant Dijs mentium, et adipem donabant, vel liberaliores exiguam portionem deiectam ex extis prius quam cetera igni imponeretur Sacerdotibus degustanda, et quidem illa pars, quae naribus Deis dona bona maxime ipsis iucundam credebant, atque suavem, ut pote victimis, et sacrificijs mirum in modum oblectarentur. Apud Hebreos qui has non servabant superstitiones, et quorum

sacrificia

Deo accepta fuisse nulli dubium, non semel flamma è cœlo delapsa totas victimas absumebat. Inter eosdem Hebræos liberalis fuit in sacrificijs Rex Salomon, qui boues viginti millia mactauit, oues centum et viginti millia. Apud ethnicos Julianus Apostata fuit pariter promptus quippe qui centenos tauros uno et eodem tempore immolauerit, et innumeras pecudes sine parsimonia, et communis erat opinio, si victor rediturus esset à Parthis, defuturos boues agriculturæ; unde aliquando ex tanto victimarum numero tam larga erat sanguinis vis, et copia, ut aliquando viri sacerdotes per cruentum stagnum remeare potuerint; isti autem sacerdotes lautissime epulabantur, unde dictæ sunt cœnæ Pontificiæ à Pontificibus, qui erant primi inter Sacerdotes.

De funere Romanorum.

Mortuorum corpora a Romanis statim ac vitali calore derelicta frigore corripiebantur ante omnia calida aqua lavabantur, deinde secundum aliquot serviabantur octo dies, quia intra illud tempus vivum adhuc esse suspicabantur ex eo quia aliquando in rogo homines vivi flammis absumpti fuerint. post hos octo dies pollingebantur, idest fasciis ligabantur, adeo ut verum esset et in principio et in fine vitae homines fasciis coarctari. Illi autem homines, qui cadavera pollingebant vocabantur pollinctores: unde notandum est illos, qui vivos homines ligabant, dictos fuisse lictores, qui autem mortuos pollinctores. Modo quaeritur cur illi, qui sic cadavera fasciis colligabant dicti fuerint pollinctores: quia in re Servius opinatur dictos fuisse a flore farinae, idest polline, quam opinionem sequitur Aliatus, sed diverso modo: nam Servius ideo dicebat vocatos fuisse a polline flore farinae quia squalida mortuorum facies polline pingeretur: Aliatus vero, quia ex polline fiebat panis qui adhibebatur in conis mortualibus efferendis, de quibus infra. Modo Turnebus vult dictos fuisse pollinctores, quasi pellium unctores, Sanctades, quasi pollutorum unctores ex eo, quod ut diximus mortuorum facies ungebantur. Quod quid est